

R. P. D. MOLINES.

Bononien. Fideicommissi de Ghisleris.

Luna 17. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Confirmandas esse deciditur binas superius adnotatas decifiones, & approbatur omnia fundamenta quæ in illis dignoscuntur extensa.

SUMMARIUM.

- 1 **S**ub nomine Filiorum, & descendencium comprehenduntur etiam feminæ, earumque filii, & descendentes.
- 2 **A**mplia, quævis vocati fuissent filii, & descendentes cum qualitate masculinitatis, quia adhuc veniunt tam masculini ex masculinis, quam masculini ex feminis.
- 3 **A**ppellatione lineæ comprehenduntur etiam descendentes ex feminis.
- 4 **I**n fideicommissis ordinatis pro conservacione agnationis non veniunt feminæ, nisi sine illarum descendentes.
- 5 **N**umquam presuntur contemplata agnatio, nisi de casibus facta expressa mentio a testatore.
- 6 **V**erbo proemialia solent testatoris explicare voluntatem, quoties pars dispositiva sit dubia, scilicet si sit clara.
- 7 **D**ispositiva attendi debet non proemium, si in illo adsint verba ordinis, modo & forma infrascriptis.
- 8 **A**ppellatione familiæ absque adjectione cognominis apposita, veniunt tam masculini, quam feminæ.
- 9 **A**mplia, licet adfit proemium - sua.
- 10 **S**onum Familiæ valde reputatur æquivoquum.
- 11 **I**gnoratur veritas ejus quod veris accipitur.
- 12 **I**n dubio judicandum est, quod non fuerit habitum votum conservandi agnationem.
- 13 **U**t recedi possit a regula, quæ appellacionis filiorum, & descendencium veniant etiam descendentes ex feminis, conjectura debent persequi concludere.
- 14 **S**i fuerint vocati agnati, veniant tantum illi qui descendunt ex eodem colonello testatoris.

DECISIO V.

Judicialis contentio super fideicommissis ordinatis de anno 1591. a Carolo de Ghisleris, primitus cum diversis bonorum possessoribus agitata, atque in puncto boni juris pro exclusione qualitatibus agnatiæ ad futuritatem digesta in partibus in binis sententiis, prima scilicet lata in curia Archiepiscopali Bononiæ, & alia à Prolegato de voto Auditoris generalis, & Rota Bononiæ, ac iussus in geminis decifionibus editis coram bo. me. Benincasæ sub diebus 12. Martii, & 10. Junii 1695. in quaremionis Casaris, aliorumque Rotalis sententia favore Marculonis Casaris, aliorumque ad exclusionem qualitatibus agnatiæ, & ejusdem Senatoris Francisci, non dubitatur illud esse affirmativè resolvendum pro processu ad ulteriora.

Prætermissa enim inspectio circa validitatem dd. sententiarum, super qua non aderat inter partes controversia, iustitia, quæ unice dicebatur, perspicue revertitur visa est ex deductis in præfatis decifionibus nostri Tribunalis testamenti in parte dispositiva præferentibus substitutionem a Testatore ordinatam, ibi - & prædictis Nepotibus in partibus prædictis respectivè substituit eorum filios, & descendentes legitimos, & naturales in infinitum rectè concessa fuit immisio d. Marchionis Casaris, & alius de Tanariis, qui cum ex persona Marchionis Lucretiæ Matris descendant ab Aloyfio Nepote Testatoris, & hæredem instituto, nequit revocari in dubium, quin censentur vocati ad fideicommissum, de quo agitur, ex regula communiter recepta, quod sub nomine filiorum, & descendencium comprehenduntur etiam feminæ, earumque filii, & descendentes, per text. in l. fin. C. de suis, & legitim. hæredibus, & l. iustia 201. ff. de verb. signific. l. si in scriptum, ff. de legit. 2. Bonden. collat. 34. nu. 12. vol. 2. Actolin. refol. 82. nu. 5.

Rocce. d. i. p. Jur. v. 19. nu. 1. Mat. de fideicomm. legal. p. 1. q. 2. art. 2. à num. 2. usque ad 10. Rota dec. 639. p. 18. & dec. 122. utrobique nu. 1. & 2. p. 19. recenti.

Quæ communis regula vindicatur quoque sibi locum quamvis fuissent vocati filii, & descendentes supradicti cum qualitate masculinitatis, quia adhuc veniunt tam masculini ex masculinis, quam masculini ex feminis, juxta vulgarem consil. Felg. 58. ab omnibus Tribunalibus in iudicando receptum, nisi aliter fudeat mens dispositio, de quo testantur Bellon. Jun. conf. 72. nu. 22. & segg. Alciat. conf. 104. nu. 1. lib. 2. Redena. conf. 110. nu. 17. Castil. controu. lib. 5. cap. 129. nu. 5. & firmavit Rot. cor. Cerr. dec. 885. nu. 2. & dec. 183. nu. 4. par. 17. rec. & in Bonon. fideicommissi de Ballattinis 3. Junii 1686. §. Fundamentum, coram R. P. D. meo Caprara, & novissime in Romana Fideicommissi 8. Martii currentis anni, §. Date, cor. Reverendiss. Decano.

Ultra dispositivam ad suadendam vocationem dd. de Tanariis concurrunt etiam pars conditionalis per hæc verba exarata, ibi: Et successores sine linea prædicti, descendencium D. Testatoris substituitur & dum enim testator exoptavit extinctionem lineæ descendencium ab hæredibus institutis, priusquam admitterentur alii substituti proximiores agnati, utique dicendum est fuisse prius vocatos etiam descendentes ex feminis, cum isti comprehendi dicantur per appellationem lineæ in conditione positæ, ad tradita per Bald. conf. 321. post med. vol. 1. Paril. conf. 644. nu. 25. Pereg. de fidei. art. 22. n. 24. Card. de Luca eodem verbo, d. i. p. 35. nu. 16. Actolin. d. refol. 82. n. 15. cum seg. Rot. cor. Merl. dec. 66. n. 2. & cor. Cerr. d. dec. 885. n. 3. & in a Bononien. fideicommissi de Ballattinis 3. Junii 1689. §. Peram etiam, coram R. P. D. meo Caprara.

Has fundamentales juris theoricas non adhibent impugnare defensores d. Senatoris Francisci Ghislerii, aliorumque colligitantur; sed illas non procedere astant, quoties à testatore facta habitatio conservandi agnationem, quæ operatur, ut censentur exclusæ feminæ, & earum descendentes, ad tradita per Gabriel. conf. 116. nu. 4. & seg. lib. 2. Merlin. de primog. lib. 2. cap. 5. n. 38. Castil. contr. Jur. lib. 3. cap. 29. n. 6. Rota decif. 13. nu. 2. par. 2. d. i. p. 17. & decif. 410. n. 2. par. 19. rec. par. 2. rec. & decif. 95. nu. 16. par. 11. & decif. 269. n. 8. dec. 398. n. 3. par. 15. dec. 69. n. 17. & segg. par. 17. & decif. 410. n. 2. par. 19. rec.

Verùm pro eliminatione objecti fundati in d. limitatione regulæ, ceterorum vera, & pluries per nostrum Tribunal admiffa secum peculiare facti circumstantias Domini iterum expenso maturiori examine contextu testamenti, nullibi inveniuntur fuisse habitam rationem conservandi agnationem, quæ cum non præsumatur, numquam contemplata dicitur, nisi de ea fuerit facta expressa mentio à testatore, Andree. conf. 554. n. 3. Torr. de primog. Ital. quest. 54. nu. 12. tom. 2. Rota decif. 282. sub num. 4. vers. quod autem par. 2. & decif. 267. nu. 14. par. 11. & decif. 156. nu. 13. par. 15. & in Bonon. fideicommissi de Ballattinis 3. Junii 1689. §. Etiam, cor. R. P. D. Caprara, & proinde d. limitatio non potest applicari nostre hypotheti, ut de se patet.

Nec aliquid expremum votum conservandi agnationem Domini arbitrari sunt posse elici ex illis verbis appositis in parte proemialibus testamenti, ibi: Cupiens summopere agnationem, & nobilitatem familiæ suæ conservari, atque augeri, matris deliberacione constituit, in quibus scribentes pro d. Senatore Ghislerio magnum facebant fundamentum.

Quoniam licet aliquando verba proemialia solent explicare voluntatem testatoris, hoc tamen procedit, quoties pars dispositiva est dubia, non autem quando prædicta, prout in casu nostro, est clara, & ex proprietate verborum comprehenduntur non solum masculini, sed etiam feminæ agnationem excludentes: hoc enim casu pars proemialis nunquam attenditur, ad tradita per Menoc. conf. 282. nu. 36. & consil. 1129. nu. 7. Palma Nepos allegat. 88. nu. 6. Torr. de primog. Ital. qu. 54. nu. 34. Rota coram Bichio dec. 589. nu. 11. coram Cocc. dec. 168. nu. 38. & segg.

Signanter concurrentibus aliis verbis immediatè annexis, ibi - Ordine, modo, & forma infrascriptis, videlicet &c. quæ præscribunt veram intelligentiam mentis Testatoris defuncti debere ex parte dispositiva inseri expressa, non autem, ut ista corrigi debeat à dicta vaga, ambigua, & generaliter enunciativa proemialibus, per text. in l. Lucius Titius, §. quæ habebat, ff. ad Trebell. Bartol. in leg. generalis 32. §. Titius, §. 2. in fine, ff. de usufructu legat. Rota coram Cerr. dec. 667. nu. 4. & 13. & melius dicitur in dec. 93. nu. 4. & 5. par. 17. & dec. 303. nu. 9. par. 19. rec. ibique concordantes.

Verùm quatenus etiam esset attendenda d. d. pars proemialis Testamenti, exinde tamen non sequitur, quod defunctus Testatoris fuerit dumtaxat directum ad ordinandum fidei-

Rotale, nedum informante d. Senatore Francisco de Ghisleris, sed etiam iterum auditis possessoribus montium, resolutum fuit.

R. P. D. URSINO.

Ferrarien. Bonorum.

Veneris 28. Junii 1689.

ARGUMENTUM.

Feminæ in fideicommissis agnatiis venire non possunt, nec etiam in defectum masculinum, sed bona libera remanent penes ultimum masculinum de agnatione, nisi tamen feminæ essent in aliqua parte testamenti expressè, vel tacite aliquando vocatæ, vel ubi testator non habita ratione agnationis stricte & rigorose, sed prædilectionis dumtaxat masculinorum in concursu cum feminis fideicommissum instituit simpliciter masculinum. Agnatum autem dicitur fideicommissum, in quo instituta fuit primogenitura, & semper masculi exiterunt vocati, alienatio apparet prohibita, & votum habitum liquet conservandi agnationem.

SUMMARIUM.

- 1 **I**mmisio non denegatur, si constat de fideicommissis, & bonorum identitate.
- 2 **I**dentitas ex divisione probatur.
- 3 **H**æreditatis aditio ex quibus desumatur.
- 4 **A**ditio non suspenditur ex declaratione, quod hæres non vult esse, nisi extra beneficio legis, & vocatis.
- 5 **A**d effectum ultimus magis attenditur alius emissi ab eodem hæredes, quam ab eius prætoratore.
- 6 **D**eclaratio facta ab hæredibus hæres multum attenditur ad considerandum aditionem factam ab hæredibus.
- 7 **E**x quibus verbis dicitur ordinatum fideicommissum favore masculini ex feminis.
- 8 **S**emper iuxta voluntatem Testatoris est iudicandum.
- 9 **V**erba relativa ad præcedentes substitutiones reputantur ordinem succedendi, ac omnes alias qualitates in illis à Testatore volitas, ac demandatas.
- 10 **M**asculini ex feminis proximioribus melius conservant agnationem artificialiam volitam à Testatore, quam masculini ex feminis remotioribus.
- 11 **E**x causa substitutionis mens substituentis rectè deprimitur.
- 12 **O**mnis est facienda interpretatio, ut absurda evitentur.
- 13 **C**onsilio Auctoribus ab hæredibus non potest impugnari.
- 14 **N**on existentibus ex vocatis à testatore, bona remanent penes hæredem ultimi vocati excepta ab omni onere fideicommissi.
- 15 **F**eminæ excluduntur ab hæredibus extraneis ultimi masculini in fideicommissis, in quo femina non fuerit vocata.
- 16 **F**ideicommissum dicitur agnatiis ex institutione primogenitura.
- 17 **E**x numquam interrupta substitutione masculinorum.
- 18 **E**x voto conservandi agnationem.
- 19 **E**x prohibitione alienationis, & detractionis.
- 20 **I**n fideicommissis agnatiis feminæ non succedunt, nec post masculinorum deficiendum.

DECISIO VI.

Julia Constabilis Zerbinata præ oculis maxime habens conservacionem agnationis, ac familie de Zerbinatis, illiusque splendori, & dignitati prospicere cupiens usque ad consummationem sæculi, si possibile foret, universalem fibi instituit heredem Aloyfium Zerbinatum eius filium, & post eius obitum in tota sua hereditate substituit eiusdem primogenitum masculinum legitimum, & naturalem, istiusque descendentes masculinos de primogenito in primogenito in infinito. Deficiente autem linea masculina legitima primogeniti, substituit secundogenitum eiusdem Aloyfii cum tota eius descendencia masculina, & sic deinceps tertio genitus, & quoscumque alios descendentes masculinos, & legitimos prædicti Aloyfii, donec illius linea durabit. Ea autem finita, & extincta, vocavit masculinos naturales legitimatos descendentes ex eodem Aloyfio, & demum deficiente tota dicta descendencia masculina, tam legitima, quam illegitima, cum morietur substituit masculinos ex feminis modo, quo supra, cū onere tamen assumendi nomē, & insignia familie de Zerbinatis, ut quæ bona in ea integra conserventur perpetuo, & in

fideicommissum agnatiis, quia illud verbum familia inibi designatum absque expressione cognominis de Ghisleris, tamquam latam habens significacionem comprehendit sub se tam masculinos, quam foeminas, per text. in l. pronunciat. §. Filia, ff. de verborum signific. leg. voluntas, Cod. de fideicom. Bald. consil. 66. num. 1. Altograd. consil. 66. num. 8. lib. 2. Ciardin. controu. 222. n. 35. Cyriac. controu. 365. n. 48. & segg. Actolin. refol. 82. n. 24. Andree. controu. 409. num. 21. Rot. decif. 546. n. 7. & 8. coram Bichio, & dec. 464. n. 1. coram Greg. & decif. 101. n. 13. p. 16. rec. & dec. 585. n. 5. p. 18.

Abique eo, quod d. nomen familie aliquam restrictionem patitur ab illo pronome sua, ex quo scribentes pro Senatore Francisco inferre satagebant, quod cum Testator carens propria prole, ordinaverit fideicommissum inter nepotes collaterales, censetur accepisse nomen familie in rigoroso, & civili modo pro folis agnatis masculinis non autem in lata, & naturali significacione comprehendente materialiter etiam feminas.

Quoniam præterquam quod DD. iterum existimarunt ex illo pronome sua, minime alteri propriam significacionem familie materialiter, & naturaliter sumptæ, equè referibilem tam ad agnatos, quam ad cognatos, juxta doctrinas superius allegatas, ulterius ponderabant, quod cum non possit negari, quin d. nomen familie sit valde æquivocum, ut observat Beltram. conf. 32. n. 2. Quodque per investigando illius verum sensum magnum inter Doctores reperitur diffidium, ita ut consoner vulgatum juris axioma, communiter scilicet agnati veritatem eius quod variè accipiunt, & in proposito tradit materiam examinando, Torr. de primog. Ital. cap. 38. n. 221. tom. 1. hinc sequitur, quod dicta pars proemialia testamenti remaneant ambigua, obscura, & non concludens explicitè votum conservandi agnationem, contra quam in dubio semper est pronuciandum, cum tota lat naturalem necessitatem in sanguinis, & corrigat ius novum, per quod sublata sexuum differentia indifferenter ad successiorem admittuntur tam masculi, quam feminæ, per text. in l. maximum ultimam, C. de liber. & præteritis, quem expendit Rota dec. 177. n. 1. & 5. p. recenti, & in Romana, seu Firmata successione 28. Februarii 1695. §. Clarum quippe, cor meo.

Firmato ex prædictis, quod pars proemialis non præferret expressum votum conservandi agnationem, minus tale votum visum esse posse tacite erui ex aliquibus coniecturis desumptis ab aliis testamenti partibus, quia cum ad hunc effectum coniecturæ debeant esse læve meridiana clariores, & perneceque concludentes recessum à regula, & à proprietate verborum, juxta censuram text. in l. i. C. de cond. in art. ibi, Nisi alia defuncti voluntas evideret probetur, & l. si plures, ff. de vulg. & pupill. & communiter tradunt Valenz. conf. 97. num. 71. Altograd. Jun. controu. 38. ex n. 8. Fufar. de substit. §. 31. l. n. 106. Palm. Nep. allegat. 221. num. 3. tom. 3. Giurba dec. 32. n. 28. Ror. in d. d. Bonon. fideicommissi de Ghisleris 17. Maii 1686. §. Veram, coram Reverendis, Turonen. & in alia Bonon. fideicommissi de Ballattinis 3. Junii 1689. §. Non tacite, coram R. P. D. meo Caprara.

Talis naturæ non fuerunt illæ adductæ per scribentes pro Dom. Senatore Francisco, super quarum examine superfluum Domini existimarunt immorari, quia singillatim iam fuerunt confutatæ in dd. geminatis decifionibus editis in hæc causâ coram bo. mem. Benincasæ.

Cæterum pro coronide animadversum etiam fuit, quod quatenus per hypothese illud pronomen sua adiectum familie præferretur in parte proemialibus civilium, & rigorosam significacionem pro inducendo fideicommissis agnatiis, huiusmodi illatio iusticè conspirat in exclusionem eiusdem Senatoris Francisci Ghislerii, quia licet fuerint substituti agnati proximiores masculi familie Testatoris, censentur tamen vocati dumtaxat illi, qui descendunt ex communi fipite, seu ex eodem columnello eiusdem Testatoris, non autem illi, qualis est Dominus Senator Franciscus, qui descendunt à diverso fipite, seu columnello remotioribus, & nihil aliud commune habent, præterquam genericum nomen familie contentive remotæ, & gestationem eorumdem Armorum, ut pluribus distinctis casibus tradit in puncto Andree. controu. 388. n. 4. ad 7. optimè Rota coram Orthobono dec. 217. n. 2. ad 4. & coram Priolo decif. 199. nu. 23. & 24. & dicit formiter discusso articulo in Romana fideicommissi de Caffarellis 7. Junii 1694. coram bon. mem. Emerit.

Et ita restitio in suspenso iudicio circa articulum reciproce linealis utrius non cadente sub hodierna disputatione & discutendum cum aliis colligitantibus iuxta scriptum Decif. ad Theor. de Luca Vol. VII.

infinitum, prohibuit quancumque alienationem bonorum, & legatias detractiones, & in casu delicti fidei excludit, ut liquet ex eius ultimo testamento dato in Sum. Afforis.

Ex Aloyfio instituto non superferunt masculi, sed nata sunt tres tantum foeminae, nimirum Pantha, Constantia, & Victoria. Ista autem praesupponentes, bona stare debere divisa, donec ex ipsis nasceretur filius masculus ad dictam primogenituram, ut supra, vocatus, devenirent ad dictam vocationem bonorum, quam ad majorem deinde custodiam confirmari curantur ad S. Sede. praeservatis iuribus primi filii masculi nascituri, ut constat ex Summ. n. 2.

Ex praefatis autem tribus filiabus Aloyfii sola Pantha suscepit unicum filium masculum ex Marchione Francisco Gigliolo, quem nuncupavit Josephum, cuius nomine d. March. Franciscus prae possessionem omnium bonorum primogeniturae, inter praefatas sorores divisorum, accepit; sed non paulo post viva sancto Domino Josepho in infantili aetate, idem Marchio Franciscus pater ex dispositione statuti Ferrarientis filii hereditate adivit, omniaque illius bona hereditaria, quorum possessionem statim nomine proprio habuit, usque ad eius obitum possidere continuavit, & successivè, & iure iustitiae nepoti cum obligatione Riccardi Bevilacqua eius ex sorore nepoti cum obligatione affluendo cognomen familiae Gigliolo. Hinc inter istum, & Pantham de Zerbinatis praedictam Josephi matrem suborta in partibus controversia super possessione eorumdem bonorum in summarium instanti maintenancem obtinuit, reservatis tamen iuribus Riccardi agendi in possessorio plenario, & pectorio. In cuius iuris prosecutione Dom. Marchio Ernestus Bevilacqua frater, & haeres d. Comitissae interitum patris defuncti iudicium immisit in partibus institutum continuavit coram A. C. Caprata adversus DD. Comites Julium, & Adorem de Monteverdi d. Panthae haeres, & controversiorum bonorum detentores, & favorabilem reportavit sententiam, a qua interiecta appellatio, & causa mihi commissa, contigit hodie dubitari: An Marchioni Ernesti danda immisio; & affirmativa prodiret solutio.

Siquidem si concluderet iustificavit bonorum identitatem, legitimacionem personarum, existentiam fideicommissi, nec non illius desuper purificationem ad favorem eius Authoris, quibus concurrentibus, sicuti ipsi fideicommissario, si viveret, denegari non posset immisio, ita nec eius heredi, tam vigore l. h. c. de adit. D. Adr. 104. quam ex remedio utilis Salviani interdicti, ad Text. in l. haeres in omne, ff. de acquir. heredit. & tradunt Nicol. de tranmiss. cap. 40. n. 1. & 20. Argel. de acquir. poss. q. 10. n. 107. & Rota dec. 83. & dec. 197. utrobique n. 2. part. 15. rec.

Identitas quippe bonorum, super quibus expostulatur immisio, admittitur absque controversia, & amplius concludenter iustificatur, tum ex possessione capta à Marchione Francisco nomine Marchionis Josephi filii, de qua in dicto Summ. n. 4. tum etiam ex divisione eorumdem bonorum facta inter filias Aloyfii cum approbatione summi Pontificis, & cum expressione qualitatis hereditariae, quae de per se sufficit ad huiusmodi effectum, tam contra dividentes, quam contra alios habentes causam ab eis, ut alias Rota firmavit in dec. 263. n. 8. coram Merlino, dec. 131. n. 3. & 6. & dec. 268. n. 3. part. 14. rec.

Legitimatio autem personarum, super qua informantes pro Comitibus de Monteverdi in priori instantia maiorem vim faciebant, plenè ostenditur ex pluribus documentis, quae ad effectum, de quo agitur, exuberare videntur: descendencia enim Josephi ultimi masculi ex Aloyfio de Zerbinatis, mediante persona Panthae eius filiae, probavit ex publico instrumento dato in d. Summario n. 3. & non controversit, sicuti nec impugnatur eius obitus absque filiis, & legitima successio Marchionis Francisci Giglioli eius patris, upote iustificata per aliud publicum instrumentum datum in Summario num. 50: Qualitas autem hereditaria Riccardi repetit eisdem Marchionis Francisci, quae sola revocabatur in dubium, concludenter quoque probatur; tum quia dictus Comes Riccardus legitur institutus haeres in ultimo testamento Marchionis Franciscum tum quia illius hereditas statim fuit ad eodem Riccardum in infantili aetate constituta, cum decreto iudicis, causa cognita, & mediante persona patris ad hunc actum legitimi administratoris; tum denique quia plures dantur actus, quorum nonnulli facti noscuntur, postquam dictus Cor Riccardus effectus est maior, quique circa ius, & nomen haereditis fieri non poterunt, sique sunt imperatio venientia.

tis, quam idem Comes obtinuit à Papa, ut cooptaretur in Concilium Nobilium Ferrariae loco Marchionis Francisci, sui Authoris &c. & successiva cooptatio illius vigore secuta, nec non subsistentia desuper diuturnè hinc occasione eiusdem hereditatis, & cum enumerativa qualitatibus hereditariae expressa in pluribus actibus iudicialibus, ex quibus precedens hereditatis aditio remanet plurimum superlative probata, iuxta rext. in l. pro haeres §. Papinianus, ff. de acquir. heredit. l. c. de iur. delib. §. item extraneus ver. pro haeres institution. de haered. qual. glof. in l. per procuratorem, ibique Bartol. num. 1. ff. de acquir. heredit. Paris. consil. 16. nu. 41. lib. 2. & Rota dec. 279. num. 19. coram Buratto, & dec. 366. num. 5. part. 18. rec.

Quibus sic stantibus, nulla habenda venit ratio de repositione facta à quodam ass. procuratore Comitissae Riccardi, qui ad interrogacionem Panthae nomine sui principalis declaravit, eundem suum principalem nolle esse heredem, nisi cum beneficio legis, & inventarii, & non aliàs &c. ultra quod enim non constat de mandato praefati procuratoris, omnis difficultas hic removetur, tum ex eo, quod responso sicuti ut supra concepta non excludit, neque suspendit aditionem hereditatis, sed cum duntaxat qualificat, ad tradita per Rotam in dec. 542. num. 3. part. 2. diversor. & dec. 349. num. 14. & sequentibus, coram Royas, tum ex superius expressis enunciativis, & articulis successivè, & ex post factis ab ipso Riccardo nomine hereditario, qui ad effectum aditionis hereditatis, quae in animo solum consistit; magis debent attendi ex iuribus modo relatis, tum ex declaratione ad abundantiorum cautela, mediante specialia mandato procure facta à Marchione Ernesto fratre, & herede Comitissae Riccardi, quod iure sit heres beneficiarius Marchionis Francisci, quae tametsi facta ab herede heredis, multum attenditur ad probandum aditionem, ubi prout in praesenti, hic vel aliunde fuit probata, vel saltem est dubia, quemadmodum tradunt Mantice, de consil. 6. ult. volum. lib. 22. tit. 12. num. 26. & Rota d. dec. 279. num. 26. coram Buratto. ibique Adm. num. 2. & dec. 366. num. 6. part. 18. rec.

Existentia demùm, & purificatio fideicommissi ad favorem Josephi filii Panthae, & Authoris mediati Marchionis Ernesti Bevilacqua, clarè resultat ex lectura praefati testamenti, in quo Julia de Zerbinatis instituit fideicommissum masculinum, & agnaticum, semper vocavit masculos ex masculis descendentes ab Aloyfio eius filio, & haerede universali instituto, & deficiente tota huius descendencia masculina, tam legitima, quam etiam illegitima, ultimo morientis substituit: La figliuoli, & discendenti maschili de discendenti delle femine d'esso Signore Luigi in infinito. Unde cum ex Aloyfio non superferunt masculi, sed tres tantum foeminae, & ex Pantha una ex dd. filiabus unicus duntaxat natus fuerit masculus, qui fuit D. Joseph, clarum est, ex leg. ipsius Testatrix, & secundum praesertim testamenti tenorem, quod ad favorem dicti Josephi tamquam masculi descendents ex foemina d. Aloyfii purificatum fuerit dictum fideicommissum, ut supra ordinatum in quocumque casu deficientiae, five non existentia linea, & descendencia masculina ipsius Aloyfii, ut alias in terminis ferè similibus Rota respondit in Romana fideicommissi de Loggis 15. Iunii 1673. §. Quia cum, & 15. Martii 1680. §. 1. coram Eminentissimo D. meo Vicecomite.

Nec obstat, quod Julia testatrix in hac ultima substitutione non vocaverit masculos immediate natos ex foeminis Aloyfii, qualis est Joseph, sed mediatos, nimirum in figliuoli de discendenti maschili de discendenti delle femine di esso Signore Luigi in infinito, adeoque cum dictus Joseph non descendat ex descendibus masculis femininarum, qui nunquam preexistunt, eius utique substitutio ca. ducata fuerit, & per obitum Aloyfii expiraverit, sicque bona omnia fideicommissaria libera remanserint penes Pantham Aloyfii filiam, & Audricem Comitum de Monteverdi: Et tamen bene rimato toto testamenti tenore, apparuit, testatrix non solum vocare voluisse descendentes mediatos ex foeminis sed etiam immediate, hancque fuisse illius mentem, & voluntatem secundum quam semper est iudicandum, ad Text. in leg. ubi parè 19. §. re rogeff. ad Sen. C. Treball. & leg. cum virum 16. C. de fideicom. clarè constitit, tum ex verbis testamentariis, tum ex primaria intentione, & causa finali propter quam factè fuerunt huiusmodi substitutiones, tum ex argumento ducto ab absurdo vitando, tum demùm ex subiecta observantia uniusformi & quidem verba testamentaria id praesertim, quia postquam testatrix vocavit filios, & descendentes masculos ex descendibus foeminarum, non terminavit ibidem orationem, sed ulte-

ulterius progressa est, & subdit, in tutto, e per tutto appunto, come si è detto e ordinato di sopra ne discendenti maschili. Cum enim supra in descendibus masculis priorum substitutionum fuerint vocati non solum descendentes mediatii, sed etiam immediati, & quidem per prius, quam illi mediatii, iuxta prioritatem eorum gradus; ita & in hac ultima substitutione utriusque pariter vocati dicuntur ex vi posteriorum verborum, come si è detto, e ordinato di sopra, quae uti relativa ad praecedentes substitutiones, repetant ordinem succedendi, ac omnes alias qualitates in illis à testatore volitas, ac demandatas, ad tradita per Me-nocha, cons. 435. n. 15. & seq. Peregr. de fideic. art. 16. sub num. 23. consil. item dictio, & art. 29. n. 17. Rota dec. 319. n. 16. part. 1. dec. 532. n. 27. & dec. 691. n. 30. coram Cerro, & in Romana seu Florent. fideicommissi §. Aprilis 1683. §. & si obicitur, coram R. P. D. meo Hervault, & 6. Martii 1684. §. cum quin & seq. coram R. P. D. meo Rondonino.

Huic autem intellectui verborum ad stipulatur, & favet etiam prima operis inventio, & finis, siquidem cum unicus testatrix scopus fuerit eorum conservanda agnacionis prius modo vero in descendibus masculis filiorum masculorum Aloyfii, & deinde artificiali in descendibus masculis filiarum eiusdem, iam patet, quod sicuti ad huiusmodi actum vocati fuerunt masculi ex foeminis remotioribus, ita ex eadem, & magis longè potiori ratione vocatissimi conseri debent descendentes ex immèdiatis, & proximioribus foeminis, cum isti quae bene conservari possunt agnacionem artificialem, imò melius, quam illi, tamquam seminatii, ut in puncto ponderat Card. de Luca de fideicom. art. 27. n. 8. Ex causa autem substitutionis ipsa mens substituentis redè deprimatur, & declaratur, proli. in de primogenitura lib. 1. cap. 5. num. 7. cum pluribus seq. & Rota coram Peutinger. dec. 220. n. 67. & dec. 847. nu. 20. coram Buratto.

Conferat quoque argumentum ab absurdo vitando, quia recentia hac intelligentia verborum, duo evitantur absurdum, quae alias sequerentur. Alterum nempe, quod melioris essent conditionis masculi descendentes ex foeminis remotioribus, & minus à testatrice dilecti, quam descendentes ex foeminis agnatis proximioribus, & magis dilecti in casu isto, in quo per proximiores testatrix ipsa aequè bene, & melius consequebatur proprium intentum. Alterum autem, quod dispositio testamentaria, tanto studio composita, & demandata, ut splendor donus de Zerbinatis conservaretur in aeternum, donec facula pertransibit, redderetur à suo initio inutilis, & elusoria, si admitteretur exclusio eorum, qui immediate descendunt ex foeminis, quod esset absurdum, semperque voluntas testatrix cum recipere debet interpretationem, per quam absurdum vitatur. Dec. cons. 433. num. 17. circa finem, Surd. cons. 16. n. 74. & Rota dec. 215. n. 4. p. 6. rec.

Acedit denique his subiecta observantia uniformis, siquidem statim post obitum Aloyfii, Victoria, Constantia, & Pantha illius filiae dividerunt inter se bona testatrix, cum expressione, quod erant subiecta primogeniturae favore masculi primogeniti ex ipsis nascituri, & deinde suppleantur bo. mem. Urbum Octavo pro approbatione divisionis cum dd. reservationibus, & gratiam obtinuerunt, cum declaratione explicita, quod nullum censetur irrogatum praedictum vocatis ad primogenituram, & demum statim ad ex Pantha natus est Joseph, Marchio Franciscus pater cum tamquam ad primogenituram vocatum in possessionem omnium bonorum fideicommissariorum immisit, videlicet, patientibus, & consentientibus ipsis sororibus vocatio Josephi tamquam primogeniti masculi ex foeminis descendentes transierat in evidentiam, & praesertim ex confessione ipsius Panthae Audricis Comitum de Monteverdi, quam isti impugnare non possunt, ut omnis generalis in specie respondit Rota in dec. 690. n. 14. p. 18. tom. 2. rec. & in Narnien. fideicommissi de Capitibus 2. Decembris 1682. §. haec autem, & 29. Martii 1683. §. quae distinctio retinetur, coram me, & in Romana fideicommissi 21. Februarii 1684. §. accedit, coram R. P. D. Benineasa, ubi plures allegantur concordantes.

Probata itaque ex his, ac ab obiectis undique vindicata purificatione fideicommissi ad favorem Josephi, clarum inde resultat bonum ius Marchionis Ernesti, mediatam ab eo causam habentis; cum enim dictus Joseph, mediante persona patris, fideicommissum agnovit, & possessionem

bonorum adeptus fuerit, & deinde absque filiis decesserit, nullaque alia persona superit, quae ad dictam primogenituram fuerit testatrice vocata, omnia utique bona fideicommissaria obventa libera remanent, & rectè transeunt transeunt exempta à quocumque fideicommissi vinculo ad eius haeredem, & Authorem eiusdem Marchionis Ernesti, ut consulerant Peregrin. consil. 66. n. 1. lib. 8. & in tract. de fideicom. art. 14. num. 50. & art. 52. num. 2. Gabr. consil. 1312. n. 61. lib. 1. Andreol. cons. 344. num. 4. & Rota dec. 416. n. 1. coram Eminentissimo Cerro.

Et quamvis de tempore mortis d. Josephi superextiterit Pantha filia Aloyfii, nihilominus cum ea in nulla testamenti parte vocata legatur, exclusa omnino dicitur à fideicom. isto masculino agnatio, tametsi concurrat cū extraneo haerede ultimi agnati, ut bene firmavit Rota in dec. 454. num. 2. & dec. 742. per tot. coram Buratto, & in res. dec. 461. n. 17. p. 14. dec. 228. n. 4. cum rebus sequentibus part. 15. & dec. 410. n. 13. & seq. p. 19. & in Romana fideicommissi de Albertinis 24. Martii 1681. §. unde, coram bo. me. Guaxardo, & in Romana, seu Florentina fideicommissi 2. Junii 1682. & 5. Aprilis 1683. coram R. P. D. meo Hervault.

Quod autem fideicommissum istud fuerit agnaticum, & pro filio masculo ordinatum, dubitari non potest, dum 16 ex pluribus statim emicat, & primò ex institutione primogeniturae, quae secum fert contemplationem agnacionis; secundò ex institutione, & ex nunquam interrupta substitutione masculorum ex masculis, donec linea masculina, tam legitima, quam illegitima, perduraret, eaque deficiente, masculorum ex foeminis cum onere assumendi nomen, & arma familiae de Zerbinatis; tertio ex digressa ad plures gradus substitutionum semper tamen masculorum, & ex adiecta ratione: Assicchi si mantenghi finche durerà il Mondo, più ch'è sia possibile, lo splendore, & la dignità della Casa del Signor Luigi, quae verba certum est indicare votum conservandae agnacionis à testatrice habitum; quarto demùm 19 ex strictissima prohibitione alienacionis, & cuiuscumque detractionis facta omnibus, nempe tam Aloyfio, quam substitutis sub praepo privacionis, ex quibus omnibus substitutis fideicommissum solum pro masculis, foeminis semper exclusis, etiam post deficiantiam omnium, saepe firmavit 26 Rota, & signanter in dec. 7. nu. 11. coram Bichio dec. 272. n. 1. cum seq. & dec. 742. num. 3. cum seq. coram Buratto, & res. dec. 378. num. 5. p. 9. & in Romana fideicommissi de Albertinis 24. Martii 1681. §. mori ius cum seq. coram bo. me. Guaxardo.

Et ita resolutum fuit, utraque parte citata, sed unica tantum informante.

R. P. D. URSINO.

Ferrarien. Bonorum.

Luna 12. Mii 1687.

ARGUMENTUM.

Superius decisa confirmantur, multaque adduntur circa fideicommissi extensionem, & suspensionem successione in fideicommissi, & primogenituris Italice.

SUMMARIUM.

- 1 Qualitas hereditaria ex aditione constare dicitur, & Responso ex actibus, qui sunt negotium circa ius, & nomen hereditatis.
- 2 Qualitas hereditaria probata non dicitur, si non constat de inventaria, ubi emissi sunt protestatio, quod haeres officio suo intendat, nisi cum beneficio legis, & inventarii, & non aliis, aliter, nec alio modo.
- 3 Et idè notandum est haeres, qui titulo hereditario agit, & dictam protestationem fecit, ut vel exhibeat inventarium, vel se declarat haerodem simplicem.
- 4 Descendentes mediatii ex foeminis si vocati sint, non veniunt immutari.
- 5 Substitutio non extenditur ultra personas in testamento expressas, licet concurrat identitas, vel majoritas rationis.
- 6 Verò relatiua ad praecedentes substitutiones repetunt ordinem succedendi, ac omnes earum qualitates.
- 7 Conservantia agnacionis cum modo artificiali voluta per testatorem patris ratione verificatur in descendibus immutariis ex foeminis agnatis, quàm in remotioribus, & mediatii.
- 8 Est omnino evitandum absurdum, per quod fideicommissum perpetuo voluitur à testatore in familia, in ipso excoisio destruitur.

- 10 Fideicommissi si autem ad descendentes immediatos, licet expressi vocati non sint, & observantia illorum comprehensio non edocet.
- 11 Et pariter extenso, si alius aliquod sequeretur absurdum.
- 12 Substitutio facta in casu, quo descendencia fuerit, seu extinguatur, habet, & vindicat sibi locum, etiam si linea nunquam inciperit.
- 13 In fideicommissis conditionalibus non succedunt, qui existunt de tempore purificatae conditionis, neque postmodum nati avocant bona ab iis iam ad fideicommissum, sive ad successione admiffis.
- 14 Si testator primogenituram constituit pro conservacione honorum in una tantum persona, successio stare debet in suspensio, donec persona nascatur; si autem perpetuum ordinaverit fideicommissum pro conservacione honorum in agnatione.
- 15 In primogenitura, & fideicommissis Italia admittitur suspensio successio, donec oriatur persona voluta a testatore, & quantenus successio ad alios deferatur, illa transiit revocabilitate.
- 16 Idque ad magis procedit, si testator voluerit, etiam post eventum conditionis natus ad successione concurrere.
- 17 De hac v. observantia referuntur ex vocacione omnium descendencium masculorum etiam nasciturorum.
- 18 Ex non restrictioe vocacionis masculorum existentium de tempore delatae successiois per dictiones taxativas.
- 19 Et etiam si testator masculis alios non substituerit, donec successio vacat, & stat in suspensio, quousque verificetur successio, bona debent esse penes habentem proximam successiois conditionem, seu statum, in se gerendo administracione nominata nascituris, quatenus nascetur.
- 20 Vel revocabilitate, donec scilicet nascatur successor.
- 21 Aut post illius natiuitatem, statim abdicat a dicatur possessio, sufficit, quod per momentum temporis filius patri superuivuit, ut eidem hereditatem transmittat, & faciat desistere conditionem, si sine liberis.
- 22 Licet sub nominibus collatiuis linearum, & descendencium, veniant feminae, adibus illorum vocatio excluditur, si expresso, vel tacite testator voluerit instituire fideicommissum agnatum.
- 23 Verò, & proprie splendor & dignitas domus, ipsaque familia per masculos non per feminas ampliat, & conservatur.
- 24 Familia non veniunt, nec post masculos, si testator ad solos masculos vocacionem restrictaverit, & multa magis, si conservacionem domus, & familiae, propter quam instituit fideicommissum in solis masculis agnoverit.
- 25 Haecque conclusio admittitur, etiam si femina concurrat cum extraneo herede ultimi agnati.
- 26 Declaratio dubia, &quivoca non suffragatur.
- 27 Donec hereditas remanet penes aliquem revocabilitate, ipse non tenetur assumere arma, & cognomen testatoris.
- 28 Repudiatio debet probari per alius viros.
- 29 Ad evitacionem caducitatem, & penam privacionis ob non assumptionem armae, & cognominis testatoris, omnis causa etiam levit suffragatur.

DECISIO VII.

Auditor Com. Aforgius de Montevicchis adversus decisionem, eo non informante, editam sub die 28. Junii praeteriti, in qua ad favorem Marchionis Ernesti Bevilacqua, uti heredis mediati quondam Iosephi Giglioli ultimi masculi ex vocatorio linea, decreta sunt immisio in possessionem omnium bonorum subiectorum perpetuo, & agnatio fideicommissio instituta à Julia Costabili de Zerbiniatis, multiplice ex capite ius fundamenta vertere conabatur; omnia autem obiecta ad eo proposita, licet resolutionem sub die 10. Maii proxime praeteriti retardaverint, non potuerunt nihilominus DD. intra here à decisis, in quibus hodie post secundam causae propositionem steterunt reiectis tamquam insubsistentibus iis, quae pro recessu deducebantur.

Et sane non subsistit defectus legitimacionis personarum ex eorum taxatae desumptae, quod actor non doceat, Com. Riccardum Bevilacqua eius fratrem, cuius nomine agit, fuisse heredem Marchionis Francisci Giglioli patris ab intestato heredis Iosephi; Etenim huiusmodi qualitas hereditaria apparuit satis iustificata, tam ex adicione eiusdem hereditatis per didum Riccardum facta cum auctoritate Iudicis, & per interpositam personam eius patris legitimi administratoris, una cum subsequuta possessione bonorum eodem titulo, & iure apprehensa, ut habetur in Summario Actoris n. 8. tum clarior ex pluribus etiam actibus late recentis in praecedenti decisione huius causae in §. la-

gimatio autem, qui citra nomen, & ius haereditis fieri non poterunt, ut ultra allegatos in dicta decisione firmat Rota in dec. 98. n. 3. & 4. coram Ludovico. & in dec. 138. num. 1. part. 19. recent.

Denique non obstat observantia contraria deducta ex confessione Marchionis Francisci Gilioli Authoris Marchionis Ernesti emissa in eius ultimo Testamento, in quo cum se declaraverit debitorem Panthæ uxoris di scudi 800. riscollo delle ragioni dell' heredità Zerbinatea dalli Signori Martinozzi, factus est, se vel nunquam fuisse heredem Iosephi de Zerbinatea, vel illius hereditatem ex post repudiasset, dum eius personam à persona hæredis distinguit. Etenim animadversum iterum fuit in facto, hæreditatem Zerbinateam ex duobus contradistinctis patrimoniis constare, altero scilicet fideicommissario Julæ, altero autem proveniente à Marchione Aloyfio de Zerbinatea, cui cum liberè successerint Panthæ, & due alie foretes de Zerbinatea, filia, & interfecta hæredes d. Aloyfii, & Hieronymus Martinozzi fuerit maritus Victorie unius ex dd. fororibus de Zerbinatea, quæ præobit Panthæ, rectè exinde consequitur solutionem dd. scutorum 800. à d. Martinozzi factam Francisco Giliolo Viro, & legitimo Administratori bonorum Panthæ, & successivam eorundem restitutionem ab illo demandatam favore ipsius Panthæ, provenire ex causa bonorum hæreditarium Aloyfii, de quibus vel pro dote, vel pro legata, vel pro fructibus debitor erat Martinozzius, & creditrix Panthæ prædefunctæ fororis hæres, non autem ex Alie fideicommissario Julæ, quod Franciscus iure proprio, & ex persona Iosephi illi iam possidebat, quodque etiam dicitur nullo iure ad Pantham aliaque foretes de Zerbinatea spectabat, vel in omnem casum adus reddidit, & valde æquivocus, qui proinde nec pro exclusione qualitatæ hereditaria, nec pro hæreditatis repudiatione deservire valet, quemadmodum advertit posterior decisio huius causæ. Denique coram me.

Ceteris autem obiectis preventivè occurrunt binæ decisiones antecedentes, cum quibus DD. in omnibus, & per omnia pertransierunt.

Utraque &c.

R. P. D. M A N U E L.

Ferrariensis, Bonorum.

Luna 14. Martii 1699.

A R G U M E N T U M.

Quæ in superius notatis decisionibus enucleata fuerit, approbandur.

S U M M A R I U M.

- 1. Ideo testator expressam non fecerit mentionem de masculis immediatis ex feminis, sed de mediatis tantum, nihilominus eorum vocatio apprehendi potest ex coniecturis.
2. Magis presumuntur prædilecti masculi immediati ex feminis, quam mediati.
3. Distincta relativa repetunt in oratione ea omnia quæ repetuntur in relato.
4. Extensio fideicommissi de persona ad personam fit, si aliis dispositio testatoris reddatur elusoria.
5. Et eo magis si pro extensione favorere observantia.
6. Extensio fideicommissi de persona ad personam, nec de casu ad casum admittitur, ubi dispositio legitur restricta certo casui, & certis personis.
7. Hæc tamen regula procedit, quando dispositio per se clara apta non esset comprehendere alias personas non nominatas.
8. Secus vero quando expressio, licet in una parte testamenti facta fuerit restrictiva ad certum casum, & ad certas personas, ex adiectis tamen, vel ex ratione motiva & finali fideicommissi, vel ex aliis circumstantiis tollatur interpretando pro ampliatione dispositionis.

- 9. In fideicommissio condite, ut bene perpotu conferuntur in agnatis, succedunt etiam femina in masculorum defectum, si tamen ultra rationem conservationis agnationis, concurrat etiam si aliqua parte dispositionis aptuud verborum, saltem ex illorum generalitate referribilium in casu substitutionis ad successionem feminarum.
10. Secus e contra.
11. In fideicommissio masculino, & merè agnatio, in quo voluta fuit qualitas masculinitatis, femina non possunt succedere, nec etiam deficiunt masculi.
12. Una pars testamenti aliam declarat.
13. Ob præsumptam affectionem, femina agnata post masculos in fideicommissio pro masculis conditi succedunt, vide n. 14.
14. Dispositio test. in leg. cum Avus, & de fideicommissi, & in leg. generaliter, ff. fin. de institut. & substitut. locum non habet, quoties ad veritatem voluntatis disponitur.

D E C I S I O I X.

ERE iudicata, non autem de causis defensionibus in integrum, constare in hac causa didum fuit, quia ex duabus sententiis in ea prolatis, ultima quam pronunaviat R. P. D. meus Ursinus, ob non interpositam infra decendum appellationem, transivit in iudicatum, ad text. in cap. eundem dilecti, ff. de verb. sig. & in Auth. hodie, Cod. de appellat. & non probatur dd. sententiarum invaliditas, sive iniustitia, ex quibus resultare valeat lesio, sine qua non datur restitutio in integrum, & c. de restitut. in integr. l. quod si minor, l. non semper, ff. de minor.

Quintimo de validitate constat ex actis, & contra illam nil hodie obiectum, ut scribitur in informante pro Co. Astorre, quamvis non deficerent informantes pro Marchione Ernesto in eius informatione persone eiusdem Marchionis fuerunt in ultimis decisionibus R. P. D. mei Ursini comprobata, & quæ modò amplius impugnant non valent attrita iudiciali declaratione Marchionis Ernesti, qui in actis protestatus fuit, se vellet esse simplicem & absolutum heredem Marchionis Francisci Gilioli, prout Rota in dd. decisionibus, necessarium existimavit ad effectum, de quo agitur.

Et iustitia similiter probata remanet ex iisdem decisionibus, quæ ultimam sententiam præcesserunt, quarum prima est sub die 28. Junii 1686. secunda die 12. Martii 1687. & tertia demum, 16. Januarii 1688. iuxta quæ brevem prius facti notitiam reasumendum, constat quod Juliam Costabilem Zerbinateam instituisse cum heredem universalem Aloyfium filium, ordinando successivam primogenituram in omnibus deficiendis, ita ad aliam substitutionem progredia est emanando, che Dio non lo permetta, tutta la descendenza masculina di d. Sig. Luigi, all' ultima che morirà sostituisca li figliuoli, & descendenti masculi della descendenza di detto femine d. d. Sig. Luigi in infinitum, & in tutto, & per tutto appunto, como s'è detto & ordinato di sopra, ne descendenti masculi, con condizione che siano obligati etiam mariti della famiglia de Signori Zerbinatea, & partor l' Arme. hanc Julæ dispositionem plures substitutionum series in se continentem, & factam sub expresso voto, perche si mantenghi suo che durerà il Mondo più che sia possibile lo splendore, & la dignità della casa d' d. Signor Luigi. Cito nimis sumptus elusit, quia obiit Aloyfius sine masculis, relicti tantum tribus feminis, inter quas Panthæ dumtaxat unicam ex Marchione Francisco Giliolo suscepit filium nomine Iosephum, qui vix natus paucis post diebus decessit: hinc super bonis, ac successione hereditaria d. Julæ orta controversia inter Pantham, & Co. Riccardum Bevilacqua, quem d. Marchio Franciscus Giliolus heredem instituerat, postquam Comes Riccardus in iudicio mantentione Ferrarie succubuerat, obtenta tamen reservatione factum iurium in plenario possessorio Marchio Ernestus frater, & heres d. Co. Riccardi, in iudicio recuperanda postmodum introducta adversus Com. Astorem, & per Julium de Monte vecchis heredes testamentarios d. Panthæ, præarratas sententias favorabiles obtinuit.

Harum itaque sententiarum iustitiam defumebat DD. ex relato tenore testamenti Julæ, ex quo scitur clara resultare visa fuit vocatio Iosephi filii Panthæ, & proinde patri factio fideicommissi ad eius favorem post obitum Aloyfii sine filiis, ac deficiendis masculis, sic etiam bene probata existimatur expiationem eiusdem fideicommissi in persona ipsiusmet Iosephi, ut firmat præteritæ decisiones. Et quidem quantum attinet ad vocationem Iosephi, de ea non fuit dubitatum, dum in defectum masculorum, agna-

agnatorum, deficiendum ab Aloyfio, sunt masculi ex feminis, qualis est Ioseph non obstante, quod substitutio loquatur de filiis, & deficiendis masculis, natis ex deficiendis feminarum, non vero de immediatè deficiendis ex feminis, & filiabus Aloyfii, quoniam licet verba superius notata ita materialiter sonent, nihilominus inspecta ratio dispositione, & ipsa ratione animativa illius patet, restitucem ita loquam fuisse, ex quo uti remotissimum, & non tam cito contingibilem consideraverit casum deficiencie Agnatorum deficiendum à deficiendis ex feminis ipsius Aloyfii, non autem existentiam eorundem feminarum, seu filiorum ipsarum. Sed non exinde, quod de præfatis tantum deficiendis mentio expressa facta fuit, non licet arguere ex coniecturata mente Testatrix, quod si casus d. deficiencie masculorum prius evenisset, prout evenit, admittendè sunt deficiendes immedia- tæ ex ipsiis feminis natis ab Aloyfio, per Text. in l. mulier 22. ff. ad Trebell. Paris. conf. 50. n. 54. & pluribus seqq. Purpurat. conf. 515. n. 5. Mantie. de condit. uli. volum. lib. 3. c. 19. n. 4. Fufar. de substit. n. 448. n. 22. Rota dec. 39. n. 19. p. 13. rec.

Ultima quod enim pro filio, & deficiendis immediatis deficiendum militat ratio maioris dilectionis ob maiorem proximitatem, ex deductis per Fufar. quæst. 458. n. 24. & 27. cum seq. Id ipsum non obscure videtur declarasse ipsamet Julia testatrix, dum voluit, quod in hac substitutione deficiencia ex feminis, regula succedendi tota desumeretur ex alia præcedenti substitutione masculorum: ibi, in tutto, & per tutto appunto como s'è detto, & ordinato di sopra, ne descendenti masculi unde sicut in masculis Agnati proximiores præferuntur potius, quam excludantur, sic etiam dicendum videtur de admissione masculorum, deficiendum ex feminis, virtute relativorum repetentium in hac oratione ea omnia, quæ insunt in precedenti, ad quam fuit habita relatio, ff. prior maritus, ff. solut. matr. Noguerol. allegat. 27. n. 49. Peregr. de fideic. arr. 16. sub n. 23. Rota dec. 118. n. 2. p. 19. rec.

Rursum id pariter concludit ratio conservandi in perpetuum agnationem veram prius, & deinde fidem in omnibus deficiendis Aloyfii, qui ratio, procedendo cum sensu contrario, statim inutilis, & elusoria reddi potuisset, & de facto reddita esset ob non existentiam masculorum, & deficiendum deficiendum ex deficiendis à feminis, ad quod vitandum absurdum, ut non consonum verisimili menti testatrix, pro admisione immediatè deficiendum ex feminis, quamvis non sint nominati, facit Text. in leg. cum in legatur 33. ff. in fideicommissis ff. de legat. 2. Molin. de primogen. lib. 1. c. 4. n. 27. Micr. de maritat. p. 3. g. 6. n. 473. 480. Castill. controu. lib. 5. c. 166. n. 25. & seq. & tradit Fufar. de substitut. d. g. 458. n. 29.

Et demum hunc ipsam intellectum efficaciter suadet subsæcuta observantia, dum Panthæ, & foretes post obitum Aloyfii Patris non apprehenderunt possessionem bonorum controversorum, sed de communi consensu, intercedente iurisperitorem consilio, prius deputato Oeconomio, & postea dum decreto Iudicis, nec non interventibus aliis necessariis folementibus, diviserunt inter se fructus cum reservatione iurium favore primi filii masculi ex eis nati, quæ sane præservativa inserta pariter reperitur in confirmatione Apostolica ab ipsis obtenta super huiusmodi concordia, & divisione: statim verò, ac natus est Ioseph ex Panthæ, tam ipsa, quam d. eius foretes, dimissa supradicta possessione, eam capè permissuram à Marchione Giliolo Patri Iosephi, qui donec vixit semper in ea continuavit.

Ex tot igitur, & tam mature deliberatis actibus, gestis etiam ab Auctrice Comitum de Montevecchis, à Pontifice solemniter approbatis, ac propter eò minus impugnabilibus, plene tolli visa fuit quæcumque dubietas, si quæ superesset, pro admittenda successione Iosephi, ut in debilibus terminis ponderando præcisè vim observantia, est Text. in l. si de interpret. 37. iuncta leg. ff. de legib. Mantie. de comit. lib. 3. tit. 1. n. 28. Fufar. de substitut. g. 6. n. 34. & sequissimè Rota in dec. 341. n. 8. coram Celc. dec. 67. n. 23. p. 18. rec. & alibi passim.

Atque hinc cessat vis obiecti, in quo præcipue hodie insistebatur, quod nimium fieri non debeat extensio de casu ad casum, & de persona ad personam, ubi dispositio legitur restricta certo casui, & certis personis, quamvis enim hæc regula fit in se verissima, at tamen procedit quando dispositio per se clara apta non esset comprehendere alias personas non nominatas, quibus propterea tali casu non suffragatur observantia, sive maioris rationis, & præsumptæ affectionis, ut advertit Mantie. de comit. lib. 3. tit. 1. n. 5. & alii cum ea allegati: secus vero quando, prout hic, licet

expressio in una parte Testamenti facta fuerit restrictivè ad certum casum, & ad certas personas, ex adiectis tamen in eodem Testamento, & ex ratione motiva, ac finali ipsius, iuncta cum aliis circumstantiis supra ponderatis, nedum tollitur ineptitudo pro ampliatione dispositionis ad alios casus, & personas non expressas, sed ad illas potius rationabiliter trahitur, & videtur attendenda, iuxta text. in d. leg. Mulier, 22. ff. ad Trebell. Mantie. de comit. lib. 3. tit. 9. num. 3. v. 3. ff. ad veritatem, Peregr. de fideic. arr. 11. n. 4. cum aliis supra allegatis.

Probata verò ex his purificatione fideicommissi favore Iosephi, expiratio illius in eadem persona Iosephi resultat ex deductis in supraddict. decisi. R. P. D. mei Ursini, absque eo quod propter defectum masculorum in illo, ut præfertur, vocatorum, pretendi possit vocata in subsidium Panthæ, uti agnata, attentò supra expresso voto conservandi splendorem, & dignitatem familie Aloyfii, tam exigè contemplato à Julia testatrice pro ratione finali primogenituræ ab ea ordinata.

In hoc enim recurrit, & retorquetur ratio cum distinctione mox ponderata circa obiectam exclusionem d. Iosephi; quoties enim ultra expressionem supraddictæ rationis fundata in perpetua conservatione agnationis, concurrat etiam in aliqua parte dispositionis aptuud verborum, saltem ex illorum generalitate referribilium in casu subsidario ad successionem feminarum, puta, ex quo mentio facta fuerit in genere de filiis, seu deficiendis, vel progenie, ac aliis similibus, tunc in vim præfate rationis motiva afficiet, totam dispositionem, ne frustretur mens disponentis, eiusque votum perpetuandi successionem in omnibus Agnatis, non denegatur admisso prædicta etiam feminis, quæ sunt de agnatione, quia illis afficit voluntas præsumpta disponentis, & non restricta littera dispositionis.

Verum quando, prout hic, habemus claram resistentiam verborum testamenti, retorquetur non minus, quam applicentur omnes doctrina, quæ pro Com. Aloyfio afferbantur super d. puncto exclusionis Iosephi pro sumenda regula, quod extensio fideicommissi hæri non debeat de casu ad casum, nec de persona ad personam, ut tradunt Dec. conf. 218. num. 9. Socc. Jan. conf. 177. n. 12. & 13. Cephal. conf. 269. n. 11. 12. & 13. Decian. conf. 2. n. 31. lib. 2. cum requeis in proposito consensibus, & optimè Peregr. de fideic. arr. 11. n. 46. v. 3. in hac re.

Quod autem verba, & contextus nostri Testamenti resistentiam cuiusque vocationi feminarum, patet ex illius lectione, per quam constat non versari in primogenitura, & fideicommissio masculino, & merè agnatio, nunquam purificabilis in favore masculorum, quamvis agnatorum, ob se ipsius, imò semper repetiuntur qualitates masculinitatis, quam totum in parte dispositiva, tum in conditionali testatrix requisivit in suis successoribus, & cuius vigore semper obstat feminis, quod substitutio de his non loquatur, Barr. in l. cum Avus sub n. d. ff. de condit. & demonstr. Abb. conf. 36. n. 1. lib. 3. Alrograd. conf. 80. n. 99. lib. 2. Capon. discept. 164. n. 10. Andreol. controu. 344. n. 17. Rota dec. 432. n. 5. p. 1. dec. 422. n. 3. p. 13. & dec. 228. n. 4. cum seqq. p. 15. rec. Buratt. dec. 272. n. 15. & firmatum fuit in Romana fideicommissio de Albertinis 24. Martii 1681. ff. Unde. cor. bon. mem. Guaxardo, in alia Romana ex Florent. fideicommissi prima Junii 1682. & 4. Aprilis 1683. cor. R. P. D. meo Hervault, & in Bononien. successione 14. Ianuarii 1686. coram R. P. D. Benincafa.

Hinc clare verborum sensui non adversatur, sed consonat præsumpta mens testatrix, dum ista etiam in casu quo masculi ex feminis nolent adimplere onera illius iniuncta quoad delationem nominis, & armorum familie dilectæ, non vocavit feminas, sed heredem ultimi deficiendis Aloyfii, & sic extraneum, abque ullo novo onere restitutionis erga feminas, quæ proinde in nullo casu habita sunt in consideratione, & consequenter pro eis non intrat argumentum præsumptæ dilectionis, ut per se patet, ex trita regula, quod una pars testamenti aliam declarat, l. si servus plurium, §. final. ff. de legat. 1. & l. qui filius, ff. de legat. 3.

Unde etiam inanis redditur nova prætentio, quod in omnem casum favore Panthæ locum habeat substitutio suppletiva desumpta ex coniectura pietatis, & affectionis, in qua fundatur dispositio, l. cum Avus, ff. de condit. & demonstr. & l. cum acrisitimi, C. de fideicommissi & generaliter, ff. fin. de instit. & substitut. itaque deficiendis masculis, succedat vocatio feminarum ad exclusionem extraneorum, ut dixit Rota dec. 132. n. 1. & seqq. p. 16. rec.

Siquidem verumam in terminis nimirum distantiis, imò etiam oppositis dispositioni dicitur legum, quia istæ supplet quidem, quod minus scriptum est à testatore, ut favent eius

eius præfumptæ voluntati favorabili filii hæredis vel substituti, quæ propter ea dicunt non cæferi gravatum favore extranei, nisi in casu, quo sine filiis decesserit; eas verò applicatas casui nostro, destruerent potius, quam supplerent voluntatem fideicommittentis, inducendo novum gravamen ultimo substituto decedenti sine filiis favore extranei, cui magis obstant, quam favent, text. allegati; cum enim non agatur de succedendo Aloyfio primo gravato, cuius erat alia Pantha, sed de succedendo Iosepho mortuo sine filiis, hic debet dici gravatum erga matrem, licet ex hucufque dicitur ipsa fuerit patenter excluda.

Constat ergo, neque esse applicabiles huic casui terminos dd. legum, nec quidquam suffragari potuisse Panthæ præfumptionem ex iis deductam, quæ nunquam habet locum, quous adversatur voluntas disponentis, Rustic. in d. leg. cum Avus, lib. 3. cap. 11. n. 4. Parif. consil. 19. n. 95. lib. 2. Rota dec. 159. n. 3. cor. Celfo, & dec. 270. n. 5. coram Eminentiſſimo Ottobrono, & fuit reſolutum in Bononi. ſucceſſionis 14. Januarii 1686. coram R. P. D. meo Benincasa, & coram D. meo Dec. 20. Februarii 1688. ſ. ſirma.

Cæterum non minus pro excluditione Panthæ, quam pro admiffa vocatione Iosephi, urgere viſa ſunt ſuperius ponderata circa obſervantiam, quam latius etiam examinat decif. R. P. D. mei Urſini, reſpondentes ulterius aliis obiectis, ſuper quibus cum hodie nullatenus inſiſterent ſcribentes pro Comite A. flore, ſuperfluum viſum fuit immorari.

Et ita reſolutum fuit, informantibus Marchione Emefio, & Comite Aſtore, non tamen comparente Comite Camillo Pompejo, quamvis pluribus intimacionibus provocato, ut iura ſua vel filiorum deduceret, ſi que præcedebat ex teſtamento Panthæ.

R. P. D. HERVAULT.

Romana, seu Florentina Fideicommissi.

Luna 2. Junii 1682.

ARGUMENTUM.

Appellatione proximiorum veniunt feminae, nisi tamen testator vel agnationem rigoram contemplaverit, vel feminas expresse in aliquo casu vocaverit, & in substitutione proximiorum favore facta distincte non nominaverit, aut demum si considerari valeret absurdum quod filia testatoris essent excluda, remotiores vero admiffa quoties in proximiorum substitutione comprehenderentur.

SUMMARIUM.

- 1 **F**eminae veniunt appellatione proximiorum.
- 2 **L**imita, quoties testator rigoram perpetuamque contemplatus fuerit agnationem, & prohibuerit bonorum alienationem, & n. 3.
- 3 **L**imita quoque, si testator in testamento feminas expresse in aliquo casu vocaverit, & in substitutione facta favore proximiorum distincte non nominaverit.
- 4 **L**imita, ut non deſerit utrumque absurdum, quid femina ex linea testatoris prædictæ petitis esse conditionis quam alia, quando sub proximiorum nomine feminæ venire debent, & in illorum substitutione dicuntur comprehendere.
- 5 **F**eminae proximiorum nomine non veniunt, si plures vox masculinorum fuerit repetita.
- 6 **C**onſidera ſimiliter utriusque.
- 7 **V**oxum testatoris conservandi boni in agnatione, afficit omnes dispositiones.
- 8 **S**ub nomine familia secundum multos Doctores non veniunt feminæ.

DECISIO X.

Petrus de Crescis Florentinus agnationem suam maxime habens præ oculis, Joannem de Crescis suum nepotem, cuique filios masculinos in perpetuum hæredes instituit; qui quidem si masculi deessent, filias de Crescis usufructuarias fecit, & deinceps vocavit familias de Crescis proximiores. Ex hoc autem proximiorum nomine lis presens originem habuit inter Monasterium Sancti Joannis Pifarum in persona Franciscæ de Crescis Monialis iura fideicommissi sibi vindicantis, & Nicolaum Maggeſtum donatarium Joannis Baptistæ de Crescis, qui pro masculinorum deficiencia, ab omni fideicommissio solum se eredit, & immunit.

Dicitur verò Nicolaus Palatii Apostolici Notarius cum obtinisset à S. Clemente X. ut res Præfecto Sacri Palatii Apostolici mandaretur, cum facultatibus A. C. Mort-

torium executum est ad limites status Ecclesiastici: de quo cum conquereretur Monasterium, & tam iuri iudicacionis defectu, quam citationis, nullam esse sententiam dicitur, exproſulavit, ut sententia simul cum fideicommissio coram hoc supremo Tribunali disputaretur. Verum alii super d. validitate sententiæ divisi, alii hanc dispositionem quasi noceri reputantes.

Domini mei dixerunt, non constare de fideicommissio, utpote cum una cum uno masculo deſecit. Licet enim tam ex mera verborum intelligentia grammaticali, quam ex l. 1. §. proximius, ff. unde cognati, quam sequuntur plerique omnes, sub nomine proximiorum etiam & feminæ vocari possint; attamen in præferti casu videtur excluda ex vario d. fideicommissi capite.

Selicet insinuari nemo potest, quin testator rigoram perpetuæ agnationis contemplatione fideicommissum in linea masculina constituerit sub expressa alienationis prohibitione, ut Summ. manasterii na. 1. Volentia, & mente ſua, & che tutti li suoi beni immobili sulla linea masculina di detto Iua Nepote, & famiglia de Crescis ff. confusio; quod certe excludionem filiarum, ut putat Alrograd. conf. 80. n. 90. & 91. lib. 2. & sapienter Rota coram Buratt. dec. 272. n. 15. & dec. 454. n. 2. coram Cerro decif. 949. num. 2. & segg. & in recent. decif. 283. num. 5. dec. 217. n. 5. & dec. 432. n. 5. p. 2. Præterquamquod enim vox proximiorum, alioquin communis, ad genus masculinum sic determinata videtur, in super notandum est, feminas, aut matrimonio iungantur, aut ingrediuntur monasterium, natas esse ad dimissionem domus paternæ, atque hæreditas alienationem.

Sed non minoris momenti est, quod d. testator de feminis loquutus fuerit modo, quom discretivum vocat; ex hoc enim quod testator expresse vocaverit feminas, cum voluit eas hæredes insinuatæ, satis excludit non esse vocatas tum, cum non fuerint distincte nominatæ, Rot. in rec. d. decif. 203. n. 2. & dec. 217. n. 2. p. 2. dec. 128. n. 5. & segg. p. 7. dec. 385. n. 41. p. 9. & coram Merlin. dec. 864. n. 32. & dec. 890. n. 5. & 6. & coram Cerr. dec. 80. n. 20. & seg.

Hocque urget maxime, quod si filia conferentur appellata, admittendum fore feminas descendentes ex linea testatoris prædictæ petitis esse conditionis, quam alia; illæ quidem hæredes institutæ sunt ad tempus dumtaxat, & per curriculum vitæ, hæ vero sub nomine collectivæ proximiorum cum masculis partes effectæ, non usufructuariae solum, sed hæredes simpliciter dicentur; ad quod certe vitandum incommodum, hæc unica via restat, mentem non fuisse testatoris feminas admittere. Fufar. consil. 109. n. 13. Carrea. res. sol. 237. n. 4. eoque validius, quod plures videtur repetita vox masculinorum, Fufar. de substit. §. 403. num. 22. Rot. dec. 274. n. 8. p. 12. rec.

Quæ omnia si iungantur simul fundamentis pro parte feminarum adductis, veram exceptionem faciunt Rot. in rec. d. dec. 203. n. 7. & 8. p. 1. dec. 126. n. 2. & segg. p. 7. dec. 385. n. 39. & segg. p. 9. & coram Buratt. dec. 272. n. 15. cum segg. & dec. 454. num. 1. & 2.

Inutilis verò foret longior huius verbi proximiorum expofitio, ubi testator ipse determinavit casum, & modum, in quibus feminas intellexerat cum excludione cuiusvis alterius intelligentiæ, Summ. n. 1. Volse in tal caso solamente, che durante la vita naturale di detto femina succedino i detti maschi, quot verba tot declarationes, in tal caso solamente: ergo excipitur alter casus, durante la vita naturale, ergo de usufructu dumtaxat intelligendum, a detti maschi, ergo fenerat prius de solis masculis.

Subtiliter quidem in contrarium observari posset, hunc loquendi modum discretivum de feminis usufructum esse in prima dispositione, quæ ideo secundam dispositionem non afficit, in qua vox proximiorum nulla limitationis nota restringitur ad genus masculinum; verum sine diversæ dispositiones omnia, quæ videntur ad primam dispositionem referenda, falem ut finis, & primaria operis intentio, agnosceret votum testatoris pluribus hic modis expressum, aut reperitum, bona scilicet in sua agnatione conservandi. Quod idcirco afficit omnes dispositiones, ac regit, ut sapè agnovit Rota coram Cerro dec. 61. num. 1. in rec. decif. 252. §. num. 17. p. 19.

Eoque magis, quod si veluti secunda dispositio consideretur substitutio, quæ reperitur facta feminarum defunctis masculis: tertia tandem dispositio vocabitur, & filibus totaliter aliena, successio proximiorum post filiarum mortem, qui cum relationem habeant ad primam substitutionem come supra, pariter necesse est intelligi de masculis. Necvanum prorsus erit adnotare ipsamet testamenti verba,

Li più

Lipia proximi della famiglia de Crescis, cum non desint auctores multi, qui sub nomine familie nullam factam esse mentionem filiarum putent, ita Alrograd. conf. 80. n. 92. lib. 2. Cyriac. controv. 368. n. 47. Rot. quoque dec. 284. n. 1. p. 6. rec.

Verum qui tandem Franciscæ moniali forori d. Mariz Theræſie Victoriz fructus esse posset, cum vel omnibus, quæ supponit, admiffis, ipsius persone nihil competere, quæ in septimo graduposita, & in diversa linea, filia non est alicuius, qui Ioanni in fideicommissio successerit? quod tamè votum erat testatoris. He gliele femine de suoi successori, &c. Et ita partibus hodie responsum est.

R. P. D. MOLINES.

Arminen. Fideicommissi.

Luna 19. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

Fœminarum inclusionem in substitutione proximiorum de domo, hæc decifio excludit ob appositam qualitatem masculinitatis in præcedentibus substitutionibus, ob vocationem proximiorum de domo testatoris, ac propter contemplatam agnationem.

SUMMARIUM.

- 1 **T**estator quando ad fideicommissum non solum vocavit familiam effectivam, seu etiam contentivam, tunc ad probandam qualitatem, successibilem iuris est probare, se esse de familia.
- 2 **I**mmiffio fideicommissario non denegatur, quoties constat de fideicommissio, illius purificatione, & bonorum identitate.
- 3 **P**roximiorum appellationes veniunt tam masculini, quam feminæ.
- 4 **I**llius vocati sunt proximiores de domo, seu familia.
- 5 **L**imitatur, quoties testator præcedens institutionem, & substitutionem ad solos masculos restrictur.
- 6 **D**ictio, tantum, appofita in substitutione, excludit personas alienas.
- 7 **P**roximiorum appellatione non veniunt feminae, si testator proſpexit ad conservacionem agnationis.
- 8 **A**mplius procedunt etiam ad exclusionem feminæ agnatæ.
- 9 **P**otum conſiderari agnationis defunctur, si testator semper masculos vocaverit, feminas vero excludit.
- 10 **A**d etiam si testator declaraverit velle, ut bona semper permanent in familia, seu domo, & n. 11.
- 12 **P**rohibetur alienationis, & ratio, ut bona conserventur in familia, si ad ea sit una substitutionis, non extenditur ad alia.
- 13 **F**œminarum exclusio facta per modum regulæ respicit omnes gradus substitutionum.
- 14 **E**t ex ea elicitur animus testatoris perpetuo conservandi agnationem in quocumque casu.
- 15 **T**estator, si tempore condici testamenti filios non habuerit, vocando proximiores de familia, non potuit intelligere de familia effectiva.
- 16 **M**inufque de familia contentiva proxima, si ista fuerit substituta in altero casu.

DECISIO XI.

Postquam Antonellus de Provasis in ultimo, cum quo decessit, testamento condito de anno 1576, constituerat universalem fideicommissum perpetuum, & descensivum de omnibus suis bonis, & ad illud quæ portionibus vocaverat Sebastianum, & Bonginum ex fratre nepotes, eorumque filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, exclusis femper feminis, cum reciproca substitutione lineæ masculinæ superfluitis alteri lineæ masculinæ defictæ, extendita utraque linea masculina didorum suorum nepotum, voluit (sunt verba testatoris) esse bona pervenire ad proximiores domus illorum de Provasis ipsius testatoris, quod magis, & melius, ac validius devenire potest, & poterit. Et postea successivè prohibuit suis hæredibus insinuatæ, & substitutis quancumque alienationem, cum expressa ratione, quod volebat dicta eius bona (sunt pariter verba testamenti) semper subsistere debere fideicommissio iurisdictioni, & permanere in familia illorum de Provasis, Summaria Francicæ, n. 1.

Per obitum Lucæ ultimi masculi superfluitis ex prædictis duabus lineis, orta est contentio inter Franciscam nepem Bongini, & Franciscum, ac fratres de Provasis cuiam esset ad iudicandum fideicommissum; & prolatis duabus sententiis extrâ Rotam denegantibus immiffionem dd. Francico & fratribus, causaque ad nostrum Tribunal ad eorum instantiam devoluta, mihi que commissa, dedi dubiam: An illis sit concedenda immiffio super bonis fideicommissariis Antonelli, & DD. dandam esse censuerunt.

Moti, quia concurrunt omnia requisita necessaria pro

immiffione; Non enim controvertitur existentia fideicommissi, nec identitas bonorum, nec quod actores sint de domo, & familia contentiva testatoris; cumque sit proximiores ex personis capacibus ad succedendum, inde resultat eorum vocatio ad controverſam fideicommissum, in quo in fine omnium substitutionum, illique extinctis vocantur proximiores de domo illorum de Provasis ipsius testatoris, ut in similibus respondit Rot. coram Peuting. dec. 309. n. 6. & 7. coram Buratt. dec. 147. n. 9. & in rec. dec. 134. n. 23. p. 17. quibus probatis, competit fideicommissario immiffio, sive ex remedi. l. §. C. de edict. Div. Adr. tollen. sive nullis. Salvamini interdicti, Rot. dec. 666. n. 3. coram Bichio, & alibi passim.

Nec super existentia Francicæ feminae descendentes à linea masculina Bongini impedire valet purificationem fideicommissi favore actorum, quia licet vera sit figura in suis casibus, quod appellacione proximiorum veniant tam masculi, quam feminae, de qua text. in l. 1. §. proxima, ff. und. cognati, Rota dec. 43. n. 1. coram Peuting. dec. 648. n. 13. coram Duno. Jun. & dec. 336. n. 7. coram Celfo, & si vocati sint proximiores de domo, seu familia, ad text. in l. voluntas 4. C. de fideic. Ad ad Greg. dec. 293. n. 23. Rota in rec. dec. 282. n. 1. & 2. p. 2. dec. 518. sub n. 1. p. 4. & dec. 152. n. 1. 2. & 3. p. 5.

Tamen in præferti non applicatur, quia contraria concurrunt testatoris voluntas, eaque deſinitur, tum quia in toto contextu testamenti semper vocavit masculos in omnibus substitutionibus, & in reciproca lineali, & tam in dispositiva, quam in parte conditionali, excludendo expresse feminas, etiam proprias nepes, & pariter in defectu masculorum utriusque lineæ, neque vocavit feminas, sed devenit ad controverſam substitutionem proximiorum de domo de Provasis; undè cum evacuata tota linea masculina, & casu quo nulli extrarent masculi, vocavit ultimo loco proximiores de domo prædictæ, undè insurgit evidens argumentum, quod testator, ut hæc ultima substitutione voluerit repetere qualitatem masculinitatis in antecedentibus substitutionibus adiectam, & voluisse etiam excludere feminas, Fufar. de substit. §. 311. n. 22. & 23. & 9. 405. n. 18. & seg. idem consil. 15. sub n. 5. Menoch. consil. 111. n. 29. Peregr. de fideic. art. 25. n. 47. & Rota apud Cenſal. Peregr. de fideic. dec. 40. n. 8. & 10. Buratt. dec. 272. sub n. 2. & plur. segg. & dec. 827. n. 3. coram Duno. Jun. dec. 385. n. 4. 2. 5. rec. & latè discussio articulo, in Romana Immiffionis, Junii 1682. & 5. Decembris 1689. coram R. P. D. Hervault. Ad dicto, quod in dictis substitutionibus masculi vocantur cum dictione taxativa tantum, quæ eò magis excludit personas diversas, ut in similibus Fufar. d. §. 321. n. 24. Menoch. d. consil. 111. n. 30.

Tum quia testator proſpexit conservacioni agnationis, quo stante, verba illa proximiores de domo, comprehendunt eamdem qualitatem masculinitatis in antecedentibus substitutionibus expressam, Rot. dec. 203. & 217. p. 2. rec. dec. 118. n. 7. 3. p. 3. dec. 159. n. 6. & 4. rec. & dec. 385. n. 34. & 35. dec. 232. n. 17. p. 19. etiam ad exclusionem feminæ agnatæ; quæ est finis agnationis, l. pronunciatio 195. §. fin. ff. de verb. signific. §. 1. insinuat. de legit. agnat. utela, cum aliis in dec. 65. n. 3. 6. coram Arguell. & per illam non ita conservatur agnatio, sicut per masculos, ad dec. 385. n. 34. & 35.

Votum autem conservandæ agnationis elicitur, aut quia semper vocantur masculi cum expressa feminarum exclusionem, quæ non simplicem inducendum flexus, sed votum conservandæ agnationem prædictam, Rot. in dec. 139. n. 17. §. lib. 3. Gabr. consil. 116. n. 15. lib. 2. Surd. consil. 69. n. 31. Dec. consil. 127. n. 10. lib. 3. Ad den. ad Greg. dec. 514. n. 17. idem in dec. 293. n. 25. dec. 135. p. 5. dec. 142. n. 14. & 15. p. 10. dec. 95. n. 10. & 11. p. 11. decif. 269. n. 14. cum segg. p. 15. dec. 232. n. 6. p. 19.

Aut quia hoc litteraliter expressit testator in fine testamenti, ubi prohibet substituitis alienationem bonorum, ex ea ratione, ibidem: Et quia voluit eius bona semper subsistere dicto fideicommissio, & permanere in familia illorum de Provasis, quod verbum familia, significat agnationem, l. pronunciatio, §. familia, ff. de verb. significat. Rot. d. dec. 269. n. 10. & idem importat verbum domus, per nomen collectivum appositum in controverſa substitutione, proximiores de domo de Provasis, Rota in proximi citata, dec. eodem n. 10. & prius dixit in dec. 383. n. 34. p. 9.

Nec obstat, quod talis prohibitio alienationis, & ratio, ut bona conserventur in familia, adiecta sint in substitutionibus factis in lineis masculinis Sebastiani, & Bongini, & in reciproca lineali inter eorum descendentes masculos, non autem in ultima substitutione, in qua vocantur proximiores de domo testatoris, idè quæ ad hanc extendi non posse: nam est prohibitio alienationis, & ratio conservandæ bona in familia, appofita non legantur in contro-